

1511.

Sigismundus I. Rex Poloniae.
Stephano Broderico Romae
Oratori.

167

Reverende Sincere nobis dilecte.

Retulit nobis Reverendus
Joannes Statilius Praepositus
Eursiensis, et Serenissimi Domini
Ludovici Hungariae et Bohemiae
Regis Nepotis nostri Charissimi
apud nos Orator, te iterum Ro-
mae Oratorem agere, quae res fu-
it nobis acceptissima, experti
enim sumus tuam erga nos fidem
et propensionem experti Diligen-
tiam et curam in obsequiis ne-
gotijs nostris, quae istuc Romae
eveniebant. Proindeque et commen-
daviimus iam saepe ipsi Serenissimo
Domino Nepoti nostro virtutem
et merita tua, et commendare
indies magis non desistemus. Po-
stulamus vero a te impense, et
tibi cura istuc fuit, ut solebant
Nostra subditorum et Procerum
Nostrorum Negotia, quae inveniunt
nobisque ea, quae nova emerge-
rent scribere per omnem occasio-

nemo

nem non gravare, ut et tua erga
nos merita, et nostra vicissim in te
favorem reddas in dies cumulatio:

rem, Datum &c. 2